

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Heinrich Rudolph Redecker

**Rector Universitatis Rostochiensis Heinricus Rudolphus Redeker/ I.U.D. P.P. ...
Ad exequias, quae Virgini ... Wendulae Küsters/ Hodie ... parabuntur, Omnes
literatos & literarum Fautores Amice & officiose invitat**

Rostochi[i]: Kilius, 1667

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn771911912>

Druck Freier  Zugang



Redeker, H. R.

in

W. Küster.

Rostock, 1667.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn771911912/phys_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn771911912/phys_0003)

DFG



RECTOR 90
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS
HEINRICUS RU-
DOLPHUS *Redeker/*

J.U. D. P. P. Sereniss. Ducis Mechl. Consil.
& Consistorii Ducalis Assessor.

Ad exequias,

Virginis Honestissima,

WENDULÆ
Rüsters/

Hodiè horâ i. in aede Jacobae apabuntur,

Omnes literatos & literarum Fautores
Amice & officiose invitati.



ROSTOCHI,
Typis JOHANNIS KILLI, Acad. Typogr. Anno 1667.

28

Salutem, !



Hera certe est omnium
hominum vita, & ærumnosa
satis, plurimisque periculis
exposita, usque dum mors o-
mnia interimat, ita ut, ubi vita
desinit, nec suisse putetur. In
lachrymis omnes nascimur,
in lachrymis multisque anxi-
etatis vitam complemus,
lachrymantes denique mori-

mur. Ita Nemo, ut Menander ait, usque vivit ex senten-
zia; etea & parum felix est vita mortaliuum. Nihil cer-
te inquietius, nihil simul & fragilius est vita mortali-
um. Pars maxima vita nostræ morti similis transfigi-
tur, Infantia sine sensu, virilis ætas inter spem metum-
ve peragit, Senectus autem in poenam vivax, hinc tot
periculorum genera, tot morbi, tot ærumnæ, tot cu-
ræ nos, quotquot sumus, circumstant. Ceteris qui-
dem animalibus quadam sui ignorantia natura conspi-
luit, quia impetu potius quam discretione feruntur, so-
lis hominibus memoriam, intellectum & prudentiam,
quæ ut plurimum haud recte collocamus, concessit;
Tam supervacuis enim semper, nec inutilibus modo,

sed

sed dampnōsis etiam curis obnoxī & præsenti torque-
mū tempore, & præterito futuroque angimur, ut ni-
hit magis metuere videamur, quām ne forte aliquan-
do miseri simus. Tanto studio miseriarum causas & do-
lorum alimenta conquerimur, quibus vitam nostram
miseram miserrimam efficiamus, cujus initium cæcitas
possidet & oblivio, progressum labor, exitum dolor &
error omnia. Quem enim vel quietum diem agimus,
velquod unquam tam securum mane videmus & tan-
lætum, ut non ante crepusculum solitudo mœrorque
surrepat, ita brevissimi ævi & sollicitudinis infinitæ
vitam vivimus, quæ tot tantisque malis repleta est, ut
comparatiōne ejus mors remedium esse putetur per di-
veniendi ad quietem & securitatem, non poena. Quic-
quid enim in terra mali vel periculi est, ei vitam nostram
expositam sentimus, dolores illam extenuant, humo-
res tumidant, ardores exsiccant, escæ instant, jesuina
macerant, joci dissolvunt, tristitia consumunt, sollici-
tudo coarctat, securitas hebetat, divitiae jactitant,
paupertas dejicit, juventus extollit, senectus incur-
vat, infirmitas frangit, mœnor deprimit & denique
mors omnium rerum finis est, & omnia perimit. Quam
vis vero omnium hominum vita tot & tantis miseriis
subjecta sit, certitamen in illa adhuc dantur gradus,
quibus subjecti, gravioribus longè, quam reliqui homi-
nes, miseriis & molestiis expositi sunt, inter quos vel
primum locum tenent illi, quos, nondum ad matu-
riorem ætatem perductos, atra mors suis genitoribus
privat, dum rebus suis ipsi adhuc præesse non possunt
& ad nutram aliorum sese flectere coguntur: quantis
namque hi molestiis subjaceant, illi optimè norunt,
ad quos malum hocce pervenit. Tot enim damna
tot

tot curas. torticatus sustinere coguntur, quot aliis hisce
inserre lubet, inde omni jure inter miserabiles refera
runtur personas. Nemo est qui sinceram horum ad
gat curam, nemo qui necessaria vel utilia ipsis submi
nistret, omnium ludibriis sunt expositi, hinc ab omni
bus contemnuntur. Et quamvis divitias parentes ipsis
reliquerint, non tamen eas vel conservare nedum au
gere possunt, quia aliorum avaritiae ac pravae dispositio
ni eas saepè committere coguntur: Veris enim earum ac
quisitoribus & administratoribus destituuntur, nec
vel unicum refugium sibi superesse conspiciunt, in quo si
confidere, praeter Deum, tuto possint, vel ex animo
solatum concipere: inde maximo cum luctu vitam
suam transligunt, ita ut de illis haud inepte dici possit,
ipsis illis vitam esse supplicium & mortem solatum. ip
Et hæc causa est cur Orphani inter Imperialia sanctitate
miserabilibus personis annumerentur, adeoque Divus
Imperator Constantinus, quia noverat illos variis calu
minantium injuriis subjectos esse, speciale ipsis privi
legium concessit, quod si Cæsarea serenitatis judicium
oraverint, cogantur eorum adversarii examini Cæsareo
topiam sui facere, quodque alias rescripto Principis
quidem evocare, non autem evocari possint per l. un. C.
quando Imperator. Cujus rei exemplum est in Epistola
Theodorici Regis apud Cass. 4. Var. 9. Innocentia pro
fessionens nostro etiam judicio servamus, presertim ubi neas
violentia locus datur, nec avaritia vitia formidantur, ubi inq
E innocentia profugium & calumniatores jus possunt inve
nire districtum. Adeo etiam Cæsarum & Regum cura
sunt, ne orphanis ulla fieret injuria, ut nec ipsi Imper
iale sententiam ipsis dicere, quoque patrocinio eos
sovere, denegaverint; Quis ergo eorum non misere
atur

atvr, qui omni adeo auxilio destituti sunt, quos ipsa
Majestas tam divina, quam humana, ab omni injuria
tutus esse vult, unde Exodi 22.v.22. Ipse Deus ita suos
Iudeos alloquitur: *Vidue & pupillo non nocebitis; Si
lesceritis eos, vociferabuntur ad me, & ego audiam clam-
rem eorum, & indignabitur furor meus, percutiamque
vos gladio & erunt uxores vestre vidue, & filii vestri pu-
pilli.* Ideinque plurimis locis in Sacra Scriptura repe-
titur & inter ceteros fidelissime inculcat Ecclesiasticus
cap. 4. v. 10. *Esto orphorum pater, ita eris filius altissimi,
& magis te diligit quam tua mater.* Optime enim no-
verat divina providentia, quantis injuriis & calamita-
tibus subjecti forent, miserabiles orphani & pupillae,
adeoque tanto majoreni etiam curam illorum habuit,
omnibusque hominibus eos optimè commendatos
voluit, ne tot tantisque malis afflitos ulterius afflige-
rent, idque sub gravi comminatione, si secus fieret,
vlturum se promisit. Ex harum miserabilium perso-
narum numero, nunc ultimo honore afficienda, nobis
sese obtulit, pie defuncta Virgo WENDULA Rüsters/
que virginibus viriutibus decora, maximè laudanda est.
Hæc vero utroque parente orbata, & quasi inter co-
gnatos exul, miserabilium personarum sortem experiri
coacta fuit, unde & postea multis calamitatibus sese
subjectam deprehendit. *Nata autem est illa Anno 1641.*
13. Aprilis honesto loco & parentibus clarissimis; Patrem
enim habuit Virum Nobilissimum & Experientissimum
Dn. HENRIGUM Rüster/Med. Doct. & Serenissimi Danie-
& Norvegiae Principis hereditarii CHRISTIANI QUINTI
gl. recordationis, Archiatrum; Matrem vero laudat, foemina
nam sui sexus virtutibus ornatissimam CATHARINAM
Raessem. *Avisus ejus paternus fuit Vir Integerrimus*
AN.

ANDREAS Rüster / Civis primarius, Cerevisarius & Pro-
visor ad Divum Nicolai in hac Urbe dexterrimus: Aviam
paternam memorat. Fœminam itidem Honestissimam
MARGARETHAM Dassowen. Abum maternum ha-
buit Virum Prudentissimum DIONYSIUM Maes/ ex
antiqua & splendida Masorum familiâ oriundum; Aviam
vero maternam honestam Fœminam & matronam sua lau-
de non destitutam WENDULAM Gerdes. Hicce hone-
stissimis parentibus non solum nata fuit nostra pietà defuncta,
sed & ab iisdem in omnibus suo sexui competentibus virtu-
tibus à primis annis fidelissime educata & instituta. Hinc
& nostra hac virgo tantum in timore Dei & reliquis vir-
tutibus optime proficit. Verum ut nimis mature genitore suo
orbata fuit, qui Anno 1649 Nicopii in officio suo, cui strenue
præfuit, pietà defunctus est, & uxorem viduam, hancce vero si-
liam, cùm eus fratre, ANDREA Rüster / Viro Experien-
tissimo Med.D. & Arhusii in Sutiâ Physico, orphanos
& sine patre, post se reliquit, ita & ex ejus obitu non minimo
luctu affecta, varias postea molestias persensit, nihilominus
Provida matris sollicitudine laudabiles fecit progressus, usq;
dum, prout res humana miseriis continuis subjacent, majori
dolore & luctu affecta sit, quando Anno 1663. ejus charissima
mater, & unicum, quod ipse adhuc in terris supererat so-
latum, morte luctuosissimâ ipsi erupta fuit: ex quo tempo-
re majori vulnere accepto, tanto miserabilior facta fue-
it, quod utrumque parentem, nondum marito elocata,
amiserat; Hinc plurimis subjecta molestiis & calamitatibus,
varios & fortuna & humane imbecillitas, nec non insir-
mitatis, prout valetudine adversa sepius utebatur, casus
experta, & non secus ac in procelloso aliquo mari, variis
ventorum injuriis, nunc huc, nunc illuc agitata fuit: Est enim
rerum humanarum inquietum adversis flatibus, & procello-
sum pelagus, rari & vix accessibiles hominibus portus, sco-
puli-

poli undique innumerabiles, inter quos difficilis & prorsus
ambigua navigatio est. Nam vix uni contingit ex millibus, ut
feliciter enaret, sic quemque fortune Imperium variique
casus, per diversos hominum gradus, exerceant, in quibus fra-
gilis mortalitatis cymba, variis scopulis alluditur, inter quos
nihil, nisi breviorem vitam, vel longius periculum quisq; sebi
pollicetur. Licet enim quispiam tam benigno siderem & tam
propitio Deo iter hoc ingressus, extra periculum constitutus
sit, non tamen, licet periculum absuerit, metus ake-
rit. Ideoque fortassis non infelicius nec inconsultius foret,
modo nostri esset arbitrii, si, sicut nauta in equore suspecto,
solent circumspecti clavum flectere, diuque ante solis occa-
sum vela submittere, sic in vita nostra portum peteremus & flo-
renti adhuc etate atq; animo virenti & valentibus membris
moreremur, priusquam per ventum eo sit, quo saliem vita lon-
gior perducit ad ultimas scilicet senectutis angustias, inter
quas arctati quidam & vixisse dolent, & mori metunt, &
toties uero exoptatum tempus accusant, quidve velini vel no-
line, nesciunt. Quae ipsa si circumspecte perpenderimus, de-
cretoriam nostram horam non accusabimus, sed omni modo
inter tribulationes & angustias nostras, memores nostri par-
tus & scopi propositi, mortem potius exoptabimus, ut ab omni
malo, quo multipliciter hic affligimur, liberemur. Hoc
ipsum pre neliquis etiam pie defuncta studiose pensitavit.
Cum enim se pluribus molestiis & annictatibus utroq; parente
orbata am subjacere deprehenderet, non desperavit, sed vela fi-
dei sua recollegit, & ea firmiter in Christum concepta, omnes
istas processas transavit & superavit. & cum ilmo n. eius sis re-
fensu die, ardenter quodam morbo infensissime oppri-
meretur, invocato prius divino numine, Medicorum sollicitam
curam adhibuit, quis inter Vir Amplis & Experientissimus
Dn. JOHANNES JACOBUS DÖBELL, Med. D. &
Physicus in hac Urbe laudatissimus, Collega noster ho-
noran-


norandus, omnem suam operam, ut pie defuncta pristine
valetudini restituueretur, impendit, sed fato sic volente,
parum in ea re proficit; Ideoque cum pie defuncta morbum
prædictum ingrapescere, & vehementissime instare person-
ticeret, se se humanae sue infirmitatis ante omnia commonefe-
cit, & Divino numini se expiare ante obitum maxime conten-
dit, ideoq; Confessionarium suum Virum pl. Reverendum &
Clarissimum Dn. ENOCHUM SUANTENIUM, S.S. The-
olog. D & ad D. Jacobi Archidiaconum vigilantissimum,
ad se vocari iussit, & coram illo, premissa seria peccatorum
agnitione, ardenter preces clara voce effudit, interque
coeteras etiam basce: H Ert Jesu dir lebe Ich &c. Ach H Ert
wenn Ich nur dich habe &c. effata est, quibus auditis, non
tantumonne solatium iam nominatus ejus Confessionarius de-
functa suppeditavit, sed & illam prævia hanc peccatorum con-
fessione uti Minister Dei ab omnibus peccatis absolvit. Paulus
post autem scd. hora 7. vespertina pie placideque obdormivit.
Anno atatis 26. Adeoque ex hac misericordia palle in cœle-
stem patriam commigravit. Hic enim locus illis, quibus
semper inquisitus fuit Deus, destinatus est, ubi jacet gratia,
ubi virenticibus campis terra luxurians almino se induit gra-
mine, & redolente pascitur flore, ad hanc nunquam inter-
moritur am letitiam pie defuncta solliciter devenit.
Cum itaque hodierno die suntis optima hujus virgi-
nis esserendum & matri omnium terra concorden-
dum iterum sit. Omnes & singulos Academiæ Cives
& politicis literaturæ studiosos, etiam atque etiam
rogamus, ut ultimum pie defunctæ honorem exhibe-
bere, & ad ejus funeris deductionem, frequen-
tes concurrere non graventur.

P.P. Rost. sub Sig. Rect. 20. Maij

Anno 1667







atur, qui omni adeo auxilio destituti su-
Majestas tam divina, quam humana, ab
tutus esse vult, unde Exodi 22. v. 22. Ipse I
Judæos alloquitur: *Vidua & pupillo non*
lesceritis eos, vociferabuntur ad me, & ego a
rem eorum, & indignabitur furor meus, p
rovo gladio & erunt uxores vestre vidua, &
pupilli. Idemque plurimis locis isti Sacra So
titur & inter ceteros fideliſſimè inculcat.
cap. 4. v. 10. *Eſto orph. snorum pater, ita eris*
& magis te diligit quam tua mater. Opti
verat divina providentia, quantis injuriis
tibus ſubiecti forent, miserabiles orpha
ad eo que tanto majorem etiam curam illi
omnibusque hominibus eos optimè co
voluit, ne tot tantisque malis afflitos u
rent, idque ſub gravi comminatione, ſu
lteturum ſe promiſit. Ex harum misera
narum numero, nuncultimo honore affi
fere obtulit, pie defuncta Virgo WENDU
que virginibus virtutibus decora, maximè
Hac verò utroque parente orbata, & cognatos exul, miserabilium personarum ſe
coacta fuit, unde & poſtea multis cala
subjectam deprehendit. Nata autem eſt
13. Aprilis honesto loco & parentibus claris
enim habuit Virum Nobilissimum & Expre
Dn. HENRICUM Rüſter/ Med. Doct. & Ser
& Norvegia Principis hereditarii CHRISTI
gl. recordationis, Archiatrum; Matrem vero
nam ſui ſexus virtutibus ornatissimam CA
R. Malffen. Aius ejus paternus fuit Vir



the scale towards document